UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 86. Erasmi Colloquia a Facultate Parisiensi damnata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66472

Visual Library

quarum cauſſa ad legum præſcripta diſcuſſa, ambo delegati judices ſententiam pronunciarunt, qua Berquinum hæreticum, ac relapſum declarabant. Ceterum forte Judices ad ſeveriora proceſſiſſent, niſi Franciſcus Galliarum Rex Madrito redux unacum Pariſienſi Præfecto regiorum ſattelitum Subcenturionem decreviſſet, qui Berquinum e carcere, ubi incluſus hærebat, eriperet. Jam antea Rex datis literis ſæpius judicii acta interrumpi jubebat, ſed nulla hujus mandati ratio habebatur; tandem vero, poſtquam Berquinus aliquamdiu in regia detinebatur, libertati redditus eſt, qua tamen, ut prius, brevi abutebatur.

Sæcul XVI. A.C. 1526.

§. LXXXVI.

Eraſmi Colloquia a Facultate Pariſienſi damnata.

Eodem anno Facultas theologica ad preces Natalis Bedæ Syndici ſui ſupremæ Pariſienſi Curiæ libellum ſupplicem porrexit, atque Eraſmi Colloquia ſupprimi rogavit.

§. LXXXVII.

Libellus ſupplex ad ſupremam Curiam contra Eraſmi Colloquia.

Hujus libelli tenor erat ſequens: „Jam „ante tres circiter annos nonnulli „appa-

Argentr. in Coll. tom. pag. 47.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN